

Die Traditionen des Hochstifts Freising (Ed. Bitterauf), Nr. 519

Dum Ob ego Keroldus diaconus et carnalis frater meus nomine Kernod habuimus inter nos communem paternam et maternam hereditatem firmiter confirmatum et traditum uterque alio, si superstis fuisse illi, quia Kernod advocatus fuit fratris sui Keroldi diaconi, proinde convenit illos, ut uterque eorum alio dimitteret traditionem quam antea factam habuerunt in invicem. Et ipso inito consilio pervenerunt ad pium pontificem Hittonem ad Frigisinga et nuntiaverunt ei et ipse clementer hoc consilium audivit et permisit fieri. Proinde Keroldus diaconus statim se ipsum in militiae servitutem donavit supradicto venerabili viro Hittoni episcopo. Deinde exierunt in porticum domui sanctae Mariae Keroldus et Kernod et Odolt. Uuillipato. Snelhart. Sigilo. Kerhoh. Alhmunt. Poapo. Hroadperht. Toto. Cotefrid. Reginperht. Arhart. Sigigrant. Nebo. Cozolt. Alprih. Alauuih. Uuillihart. Pillunc. Heimperht. Adaluuart. Rihperht. Peiri. Pezzi. Petto. Marcho. Hroadrih. Engilrih. Adalhart. Post ipsam traditionem dimissam inter illos accesserunt ad altarem sanctae Mariae et ad sepulchrum sancti Corbiniani confessoris Christi et tradidit Keroldus propriam partem hereditatis suaे quicquid legitime in portionem de fratre suo Kernodo accepisset in loco Ahaloch et ad Uuilpach firmiter tradidit domui sanctae Mariae seu sancti Corbiniani ad Frigisinga pro remediu animae suaे quicquid habuisset in locis nominatis terris pratis pascuis mancipiis pecodibus cultis et incultis quicquid ad illum legitime pertinere videretur totum et integrum in altarem sancte Mariae tradidit ipsis Actum inductione III. anno incarnationis domini DCCCXXIII. Hludouuici imperatoris anno XI. ea sed firmiter peractum permaneat vel quicquid postea elaborare et adquirere potuisset, omnia in omnibus permaneant inconvulsa ad domum supradictum Ego